

IACOBI
DVRANTII

CASELLI I. C. TI
ARVERNI VARIA-
RVM LIBRI DVO.

IN QVIBVS PRAETER VE-
terum ritus, varij Auctores, vel emen-
dantur, vel illustrantur.

*Esdele 2^o & 3^o
Colegio
Cuenca.*



LVTE TIÆ.

Apud Thomam Perier, in vico
Bellouaco.

CIS. ID LXXXII.

CVM PRIVILEGIO.



NOBILISS. ET ILLVST.

V. IAC. GVESLEO SVM-

mo apud Gallos Procuratori

Fisci Iac. Durantius

Casellius. S.



T in forum veni, ut
me varia patrocinia
& susceptiones li-
tium exercitum ha-
buerunt, (V. ILL.)

Nescio quo Genio, qua voluntatis & in-
genij mutatione, ea quorum antea studio-
sissimus & avidissimus eram, in quibus
veram & solidam laudem sitam arbi-
trabar, mihi senio ac fastidio esse cepe-
runt. Idem mihi sane vsuuenit, quod illis
qui ad secunda vota transiere, quibus
suscepti ex priore matrimonio liberi, alius



IACOBI DVRA NTII

CASELLII VARIARVM,

LIBER PRIMVS.

Vnde mos tutionum fluxerit, eius formula ex Appiano, Gunthero & Cassiodoro: addita quaedam Saluiani verba, ad hanc rem pertinentia. Qui essent sacri, qui hostes publici.

CAPVT PRIMVM.



QVOD mihi faustum foelix fortunatumque fiet, initium faciam a tutionibus. Quid enim non liceret potetioribus, in quos non grassaretur audacia, & inexplebilis diuitum cupiditas, nisi eorum crudelissima libidini, legitimis remediis obuiam iretur? Equum sane fuit tenues inopesque homunciones in sinum tutelamque virorum principum

deleg. & Bartholus ceterique iuris interpretes qui eos reos maiestatis esse volunt qui legatis iniuriam aut vim inferunt, cum non maiestas ledatur, sed ius gentium violetur, & teneantur non l. Julia maiest. sed de vi publica l. lege Julia. ff. ad l. Iuliam.

Athoc loco non pretermittam laudabile veterum institutum, qui eorum qui Reipub. vel principis causa absentes erant, domum familiamque virorum illustrium fidei tutelaeque soliti erant committere, ut Festo priori apud Cassiodorum lib. 10. Agnelli patritii domus, familiaque commendatur. *Insignis mos veterum in- tuenda eorum fami- lia qui Reipub. ca- absentes essent.*

Peruicacitas enim (inquit) sunt facultates absentium & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, quae non potest animum peruadentis de resultatione terrere.

Ego quoque sine huius capitis iniuria pretermittere non possum haec verba, quibus eloquentissimus & sanctissimus Christianae religionis auctor Saluianus, infectatur hunc prauum & pestilentissimum morem, quos decrescente imperij Romani maiestate, & grassantibus vndique barbaris nationibus, inopes & tenues in clientellam & praesidium potentium dabant eorum patrocinia, & tutelam e-

cis Echinos, ostreas crudas quantum vel-
lent propositas: id Portunianus addita
propositione Græca *paracœnium* vocat.
Promulsidem quoque dici ex memoriis
antiquorum didici, quod in conuiujs a-
pud antiquos prima sitis mulso mitiga-
retur. Hæ sunt exuuiæ ac reliquiæ ele-
gantissimi auctoris, quas ego antiqua-
rum rerum studiosos cœlare non potui.
Dent alij operam vt ille ex bibliotheca-
rum pedore ac squallore in lucem profec-
ratur. Deo ita videatur.

*Emendatus variis in locis Annei Senecæ
liber de Consolatione ad Martiam.*

C A P. VII.

Primo meorum commen-
tariorum libro ex eodem
Seneca menda quædam
euulsi & nonnulla vulne-
nera pendente (quod
aiunt) manu sanauitque obdixi. Lu-
bet quoque hac mearum lucubratio-
num parte veterum codicū ope auxilio-
q; quædam loca tētare quę in vulgaribus